Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis. sedere autem ad dexteram meam. Et sinistram non est meum dare vobis. sed quibus paratum est a patre meo. In vigil. sc̄i. Laurenc. lec̄. ix. sapie.

Confitebor tibi domine rex. Et collaudabo te deum salutarem meum. quoniam adiutor factus es mihi. Et liberasti corpus meum a pdicione laqueo lingue iniique. Et a labiis operantium mendacium. Et in conspectu psequentium factus es mihi adiutor. et liberasti me secundum multitudinem miserie tue. tibi gratias ad eternam. de manibus querentium animam meam. De multis tribulationibus que circumdederunt me. A pressura flamme que circumdedit me. Et in medio ignis non sum estuatus. De altitudine ventris inferi. A lingua coinquinata. Et a verbo mendacii. A rege iniquo. Et lingua iniusta liberasti me. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum. quoniam eruens sustinentes te. Et liberans eos de manibus angustie. dominus deus noster. Secundum Matheum.

In illo tempore dixit discipulis suis. Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Et tollat crucem suam. Et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur. anime vero sue detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. et tunc reddet unicuique secundum opera eius. Amen dico vobis. Sunt quidam de hic stan-